

**a. 1262, CDSA, Vol. II, p. 511-514, doc. CCLX**

✱ In nomine domini nostri Iesu Christi dei eterni. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo ducentesimo sexagesimo primo, mense ianuarii quinde indictionis, regnante domino nostro | Manfrido Dei gracia serenissimo Sicilie rege, regni vero eius anno quarto. Ego Angelus cognomine de Sancto Prancaczio filius olim Iohannis eiusdem cognominis civis Aversanus | sponte declaro in presencia Iacobi de Donato Aversane civitatis iudicis et Iacobi Cataldi publici eiusdem civitatis notarii, presentibus etiam ibidem iudice Iohanne Amalfitano notario, | Iohanne Eustadii, Nicolao de Arbisso, magistro Robberto de Cupolo, Iohanne de Arbisso, Barnaba de Basilio, Nicolao Berardi, Pantileone et Laurencio de Ugone civibus Aversanis testibus ad | hoc specialiter vocatis et rogatis, quoniam pro eo quod ad instanciam meam vos abbas Iacobus cognomine Landonis et abbas Nicolaus cognomine de Silvestro yconomi et dispensatores | Congregacionis ecclesie Sancti Pauli de Aversa et eiusdem ecclesie beneficiales, consensu et voluntate domini Iohannis venerabilis Aversani electi atque canonicorum et beneficalium ecclesie suprascripte in perpetuum dedi|stis et cessistis Nicolao cognomine de Philippo filio Iohannis eiusdem cognominis civi Aversano scilicet redditum annuum quatuor tarenorum Amalfie quos predicta Congregacio habet vel habuit percipit vel | percipere consuevit super quadam domo cum quodam vacuo sibi contiguo mihi hactenus pertinente et eidem Nicolao a me vendita quam ipse Nicolaus tenet et possidet et esse videtur infra suprascriptam Aversa|nam civitatem videlicet in parrochia ecclesie Sancte Marie que dicitur de Platea et habet hos fines: ab oriente est finis domus Iohannis de Casara et Laurentie uxoris sue et domus Iohannis de Rosa; a meridie | est finis via publica; ab occidente est finis domus et curticella Thomasii de Marinaro domus Petri Buccurelli; a septentrione est finis domus et quoddam vacuum predicti Thomasii de Marino sicut plenius conti|neri debet in instrumento ad cautelam ipsius Nicolai inde confecto scripto per suprascriptum notarium Iacobum et per suprascriptum iudicem roborato, sicut aptum et congruum mihi est, bona et enim voluntate mea, consensu | quoque et voluntate Marie uxoris mee, per cartam, in presencia suprascripti iudicis notarii et testium predictorum in perpetuum, in excambium ipsorum quatuor tarenorum Amalfie, do et offero Deo et suprascripte Congregacioni Sancti | Pauli, per manus vestrum qui supra abbatis Iacobi et abbatis Nicolai yconomorum suprascripte Congregacionis hoc est annuum redditum quatuor tarenorum Amalfie quos annuatim a presenti ab ipsu Congregacione et parte eius percipiendos in mense marcij impono super quadam domo mihi qui supra Angelo emptionis titulo et quadam pecia terre mihi iure hereditario pertinentibus que quidem domus esse videtur infra prefatam | Aversanam civitatem videlicet in predicta parrochia ecclesie Sancte Marie que dicitur de Platea et habet hos fines: ab oriente est finis curticella Martini Afardi, quam tenere videtur a Raone | filio Guidonis; a meridie est finis domus predicti Laurencii Ugonis; ab occidente est finis via publica; a septentrione est finis domus Iohannis Fidelis et fratrum. predicta vero pecia terre esse videtur in | territorio Aversano videlicet in pertinenciis ville Casapascati in loco ubi dicitur ad Sanctam Mariam ad Paradisum et hos habet fines: ab oriente est finis terra Leonardi de Cava de Octaiano et terra suprascripte | ecclesie Sancte Marie ad Paradisum, a meridie est finis terra Iohannis Martini Vigilatoris de Octaiano, ab occidente est finis terra Dominici de Laurencio, terra Nicolai Aganecti et terra Sturmundelli, a | septentrione est finis terra mei qui supra Angeli et terra Iohannis de Viola. ad possessionem et proprietatem suprascripte Congregacionis et partis eius atque rectorum suorum presencium atque futurorum vel cui hec carta per eos in | manu paruerit, ad habendum tenendum et possidendum illud firmiter amodo et semper et faciendum exinde quicquid sibi vel eis placuerit, quia mihi vel alii cuilibet nulla de predicto redditu reservavi. et | obligo ego qui supra Angelus me heredes et successores

meos vobis suprascriptis abbati Nicolao yconomis et dispensatoribus Congregationis predictae, pro parte suprascriptae Congregationis atque | rectoribus suis presentibus et futuris seu cui hec carta per eos in manu paruerit suprascriptam meam dacionem et oblacionem defendere et antestare amodo et semper ab omnibus hominibus omnibusque partibus | et nullo modo contravenire. et quando voluerint licentiam et potestatem habeant illi sibi exinde esse actores et defensores vice nostra et de nostris heredibus cum ista mee dacionis oblacionis | carta et cum aliis suis vel eorum et nostris rationibus quomodo vel qualiter melius voluerint et potuerint et quicquid exinde facere voluerint et potuerint sibi et eis sit potestati. et quando voluerint defendamus sibi et eis illud sicut superius obligavi et nullo modo contraveniamus ut dictum est. Si autem vobis pro parte et vice suprascriptae Congregationis et eis illud defendere non potuerimus | aut noluerimus vel non fecerimus et non co(m)pleverimus ea omnia suprascripta et singula per ipsum ordinem qui prelegitur vel si hanc cartam cum hiis que continet aliquando per quaecumque ingenium | disrumpere vel remove quesierimus aut si contra predicta omnia vel eorum singula venerimus quoquomodo, obligo ego qui supra Angelus me heredes et successores meos vobis suprascriptis abbati Iacobo | et abbati Nicolao yconomis predictae Congregationis pro parte eiusdem et rectoribus suis presentibus atque futuris vel cui hec carta per eos in manu paruerit nomine pene co(m)ponere uncias auri | tres [...] | ego qui supra Angelus bona voluntate mea guadam vobis suprascriptis abbati Iacobo et abbati Nicolao yconomis suprascriptae Congregationis pro parte et vice dicte Congregationis et partis eius atque rectorum | suorum presencium et futurorum dedi et me ipsum fideiussorem vobis ex inde posui per convenienciam. Unde, si necesse fuerit, ego qui supra Angelus ad pignorandum obligo me heredes et successores | meos vobis suprascriptis abbati Iacobo et abbati Nicolao yconomis eiusdem Congregationis pro parte suprascriptae Congregationis et rectoribus suis presentibus atque futuris vel cui hec carta per eos in | manu paruerit videlicet de rebus nostris usque ad legem. Et taliter ego qui supra Angelus, qualiter mihi congruum fuit feci et te suprascriptum notarium Iacobum qui interfuisti scribere roga|vi. Hoc autem instrumentum scripsi et meo signo signavi ego suprascriptus notarius Iacobus qui rogatus interfui. AVERSE. (S)

✕ EGO QUI SUPRA IACOBUS IUDEX (S)

✕ Signum manus suprascripti Angeli de Sancto Prancacchio. | ✕ Signum manus suprascriptae Marie uxoris dicti Angeli. || ✕ Ego suprascriptus iudex Iohannes Amalfitanus interfui et subscripsi. | ✕ Ego suprascriptus Nicolaus de Arbisso interfui et subscripsi.